

SERENISSIMO  
 DUCI AC DOMINO  
 DN: FRIEDERICO  
 CASIMIRO,  
 PRINCIPI MEO CLEMENTISSIMO  
 ANAGRAMMA

HOMAGI-VOTIVUM.

Est enim

FRIEDERICUS CASIMIRUS  
 DUX LIVONIAE  
 In CURLANDIA et per SEMMGALLIAM.

*Per Transpos. Literarum.*

SOL AMILIAE,  
 DECUS REGNI  
 CURIA VERI  
 LUX PII  
 FRAMEA MALI  
 DET SIDUS!!!  
 En cUrOnIAm.

Sonne unsrer Majest-Sonnen.  
 Ruhren-Reiches reiche Zier  
 Da die Warheit Platz gewonnen.  
 Licht der Frommen Herz-Begier.  
 Recht-Gerechter allen bösen  
 GOTTES-Hand uns zu erlösen.  
 Gib Sonne mit Wonne den Tugenden-Kern  
 Laß glänzen im Lenzen den Fürstlichen Stern  
 Wer ist Ruhrlands Lebens-Thür?  
 Herzog Friedrich Casimir.  
 Ja! durch GOTT und Friedrichs Leben  
 Wird dis Land im Friede schweben.

Piô fatô & votô ipsa CASIMIRI luce visum.

\* \* \*  
 \* \* \*  
 \* \* \*

Inter devotos Homagii applausus  
 devotâ exhibet atq; manu  
 humillimâ

LUTHERUS DORPER,  
 SS. Th. Candidatus, Pastor Libav. Prim.  
 & Inspector Scholæ.

MITAVIAE,

Ex Officinâ Typographicâ ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS Curlandiæ,  
 Typis Georgii Radetzky, 1684.

## En cUrOnIA

congeminatum, in cœlo tuo, amoris miraculum!

DUX

### SOL AMILIAE .

& Ducisfa

dulcissima SOL PIA DUCIS audit  
novâ Grammaticâ; sed & Gratiâ novâ  
*Gratiosissima*, dum MAJI SOL dicitur  
nunquam divisus Sol visus  
& cum uterq; Sol cœli nostri factus  
rarô amoris miraculô  
non duo; unus Sol omnia illustrat  
in Borea oriundus ut pectora frigida amore incenderet  
quô

omnes in unius, unus in omnium vivit cordibus

hinc à tanto Sole oritur

### DECUS REGNI

imò sic decet cum Sol ipse decus oritur

*Serenissimus*, dicendus Sol hic serenans

quippe

à Cæsaribus Regibus Electoribus Ducibus Principibus

à tot mundi Solibus

Dux decus suum & principium ducit

non intuenda sunt hæc Terrarum Lumina

nec alienô Sol indiget splendore

sed, quanta in se collegerit, videre decet.

& vidit

Rex *invictissimus* à Gratiis donatus JOANNES *gratiosissimus*

germanus Hic & germanicè SOL Regni

vidit & victus

amore suo egregiè dignum regiè pronuntiavit

*nec enim Soli Sol lumen invidet.*

vidit decorus Nobil: Patriæ chorus

& Patrem hunc anhelavit, Dominum honoravit

sic decet:

cœlum, quod à SOLE suo accipit lumen, grato fulgore refundit

indeq;

consonans amoris veritas

quæ tantâ curâ in corde Serenissimi geritur

ut verè cura Principis dicatur

### CURIA VERI

hic accuratè servatur cura salutis

hic tot veritates curiæ audiuntur quot Consiliiarii videntur.

hic Ajaces curaces Coraces disertis

hic ut splendidissimis veritatis stellis circumdatus SOL est

SOPHIA AMILIA

anagr:

HA!

SOL PIA

MAII

JOANNES

anagr:

JA SONNE.

quòd enim in cœlo sunt Planetæ, hoc & numero & munere

Consiliiarii Illustres

curâ pares dicendi & PARES CURIAE

& plenè Planetæ

nisi in hoc dispares planè, quod à SOLE nunquam aberrent.

dumq; à SERENISSIMO illustrantur omnes

ut LUX PII adspiciendus SOL est.

nunquam in hâc LUCE pius obtenebrascet nec pietas

SERENANTE hac SERENITATE lætabitur quivis

*Solum, qui mala agit odit LUCEM & non venit ad LUCEM ut non arguan-*  
*tur opera ejus*

nil quippe commercii LUCI cum tenebris nec cum malis PIO  
hinc, LUX in omnibus Solaris, nisi quod malos solari nec possit nec velit  
quibus est

### FRAMEA MALI

durum contra hanc calcitrare

Signum est Justitiæ & justè injustos signat

malam se reputans nisi frangat malos.

Sola hæc justa SOLIS ira: *irasci malo*

Pium hoc Pietatis odium: *impio non parcere*

serenus hic LUCIS splendor: *luco malorum non lucere*

& paterna VERI cura: *non curare & tenebras & tenebriones.*

DECET hoc Patriæ SOLEM.

venerabunda ergò CURLANDIA

transmutatâ formâ terrestri cœlestem assumens LUNA DICAR dicit

semper à SOLE suo lumen mutuatura, nunquam mutatura

nunquam LUCI in oppositione, nunquam Ecclipsin patietur

### JUSTI PII VERI

quibus trinunis radiis Triunus Principatus Deo Trinuno favente

non fingit sed, ad vivum in se depingit SOLIS DECUS

& JUSTUS PIUS VERUS quivis

optat quod SOLI se aptat

### DET SIDUS!!!

hoc, ternâ voce sed corde precamur uno.

& dedit jam feliciter sed in conjunctione est SOLIS

cujus sub radiis SERENISSIMUM HOCCE occultatur

ut cœli Sole ex geminis egresso, progrediatur geminans felicitatis radios.

fidelissimi optamus ergò! DET! DET! DET felicissimè!

quid gaudia nostra moraris? PHOSPHERE redde diem

toti Patriæ indies exopratisimam

jam veni vel noctu veni, non deerit Patriæ Te veniente dies.

### En cUrOnIAM!

in congeminata cœli sui gemina felicitate

quam admirabunda eloqui non valet

vocalibus destituta omnibus

quod

SOL AM DEC  
1111

Tac. de mor. Germ.

hastas, vel ipsorum

vocab. frameas ge-

runt aeri ferro, ut

cod. telo cominus

& eminus pugnet.

Eques scuto fra-

meaq; contentus

est.

Juv. Satyr. 13. &

Martis framea.

at,

sOL Am. dEc.  
llx. sld.

at, ne muta remaneat Curonia manant  
ex NOMINE SERENISSIMO  
quo  
animata amata cllrONIA En!  
amoris lingvâ, quæ cor est, ad miraculum disertâ  
& fat vocalis cernitur CURONIA, cum SOLEM suum in corde gerit.  
Hic consonantes reddet vocales  
Hic literas animabit hactenus mutas  
Hic, quæ anceps fuit, cum mutâ liquidam positione dabit longam  
& ne muta sit ac mortua Patria ex PATRE vocem mutuatur & vitam  
ex SOLE Luna Lumen. ex corde, corporis membra vitam.  
ex DUCE Ducatus animum ducit  
hinc FELIX CURONIA  
Sola sub cœli Sole, PACIS & omnem videt felicitatem.  
cujus Boni Porta est & Portus FRIEDERICUS  
in quo  
omnes sequentur felicitates, quas vel voto assequuntur alii.  
ergo cura Curonia  
*vocales vel aliter ponendo vel transponendo consonantes  
ne substantivum fiat adjectivum, vel verbum solum cum casu obliquo*  
E CURONIA; RE NOCIVA. vel: NOCE RUINA.  
avertat DEUS! & noxas omnes hoc VERE vertat  
ut E CURONIA VERONICA crescat indies corde ac ore vocalis:  
Honos NOMENQVE SERENISSIMUM laudcsq; manento!  
Lector  
mutus ne abeas, memento votivam dare vocem:  
manento!



### Sonnet!

**D** Ein Vaterland! mit recht nenn ich dich Frieden-reich  
In deinem Friederich: Du hast bißhie gesehen  
Das blankte Krieges-Sword umher und durch dich gehen/  
Und lebst GOTT lob! in Ruh; Du bist dem Lande gleich  
Das GOTTES eigen heist. Damit auch ferner weich  
Von deinen Grenzen ab / was Völkern ist geschehen/  
Wirstu bei deinem Haupt in reiner Treue stehen.  
Dein Herzog Friederich führt dich als GOTTES-ZEUG  
Wann du den Nahmen kEhrst/ sieht sein Herz lieb-geehret  
Dich liebes Ruhrland an. Dis Glück dir GOTT beschehret  
Sein Helden-Nahme spricht: ja/ sichere Fried ich mehre!  
Fried! ist das Himmels-Wort. Schau diesen Herren an/  
Nie findet Momus selbst nicht was Er tadlen kan.  
Dann/ GOTT und Friederich ist unsers Landes Ehre!

